



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

In Epist XIV. [i. e. XV.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

[illegible]

In Epist. decimamquintā,

NOTĂ IL

De Calumnia.

IN hac scenâ , Willelmè , egregie præsertim ac strenue gerisgratum argumentum nactus, in eo reverè triumphas. (A) Quam quisque noſit irem, in eâ se exerceat. Quidni, amabò, hujus artis, calumniæ instruendæ, contumelias intorquendi, ingendi convitiæ, omnium lanè, qui præteritis tetrò sæculis scripsere, longè perissimissis his: tot huculque calumnias & contumelias, tantumque viris acerbatis, ore infinito evomuisse, ut supremum hujus artis magisterium adeptus, calumniatorum facile Princeps & Coryphæus censearis. Ne tamen hic operam meam desideres : ad susceptum à me caligationis pènitum redeo. Primò causariis, nihil ab Apologistâ responsum adea, quæ Montalitiis, primâ partè Epistolæ, contrâ doctrinam Jesuiticam, quæ calumniam à peccatorum numero eximit, luculentè exposuit. At si fallor, primus Apologista, meo iudicio, satis efficitur, breviter licet, respoluit, doctrinam illam non Jesuiticam, sed Dicaſtilli, communi Jesuitarum omnium, qui de hâc materiâ scripserunt, contrariam, suis auctoribus non carens ac proæ citari Bannez, Vegami, Orellanam ab eodem Dicaſtillo. Paulò post dabo alios, ubi rem breviter expoluero, Disputant Mo-

(a) Pag. 389. (b) Pag. 390.

(a) Pag. 408.

rales Theologi, utrum aliquis casus, rarus licet, esse queat, in quo aliquis retorquere calumniam in calumniatorem sine iniustitia possit. Dicastrillus tunc fieri posse putat, cum praedictis auctoribus & aliis, quos citat; si alius modus non sit, arceendi calumniam, gravem scilicet; & si revera arceatur retorq̃ta calumnia. Tunc enim calumnia, inquit, simplex mendacium erit, non tamen contra iustitiam; & quidem primo coram Iudice, ita ut criminator, vel testis iniquus, calumnia arguatur, siue hic crimen falsum imposuerit, siue forte verum, sed occultum, contra juris ordinem, quod nulla probatio haberi queat. Ita Bannez 2. 2. q. 64. a. 7. dub. 4. Petrus Navarra, lib. 2. c. 4. n. 349. Malderus tract. 6. c. 3. dub. 20. Sylvestr. f. restit. 3. q. 3. Navarra c. 18. n. 49. Colligitur ex D. Thoma q. 69. a. 2. Lessius lib. 2. c. 3. n. 6. Mendoza in 2. 2. disp. 70. sect. 4. §. 121. Diana parte 5. tract. 17. resol. 26. Neque est mendacium, si neges illud crimen, quod occultum est, nec in iudicio probari potest; quantumvis dicas, accusatorem mentiri, calumniari, &c. & haec est communis.

Utum vero semper mortale sit, obijcere falsum calumniatori, vel accusanti contra ordinem Juris, disceptatur. Negat Dicastrillus, si non sit alius modus evadendi, & sic revera evadatur; enervata, scilicet, accusatoris fide. Idem sentit Bannez q. 70. art. 3. dub. 2. item q. 72. art. 3. Orellana q. 72. ut testatur Vega in Summa Hispanica, Petrus Ledesma tract. 8. c. 25. concl. 21. dub. 3. qui hanc sententiam vult communem esse Thomistarum, desumptam ex S. Thoma 2. 2. q. 70. a. 4. Item Joannes De la Cruz in Directorio praecipit. 8. a. 4. dub. 17. Si Dicastrillum excipias, Jesuitae omnes, quorum scripserunt, in contrariam sententiam eunt. Recentior Apologista Dicastrilli opinionem in praxi damnavit; sed propter tam illustres auctores speculative probabilem esse, negare ausus non est; cum etiam aliunde probabilis dici queat, propter alios auctores; scilicet, Majorem in 4. dist. 15. q. 16. Soto ibid. q. 3. Sylvestrum alioque, qui docent, compensationem in calumniis fieri posse: non tamen Jesuitae haec docent. Cur ergo doctrinam Jesuiticam vocas, ac dicis, Jesuitas Divinum praecipit labefactasse? Sed Wilhelme, (a) quid opus erat, tot Scripturae & Conciliorum loca hac congerere? quid enim probant? Calumniam, inquis, grave peccatum esse. Injustam scilicet: nec enim de alia in his locis agitur. Sed quæro, quis hoc negat? fingis tibi hostem, quem impugnes. Quis unquam Jesuita ait dixit, aut scripsit, injustam & gravem calumniam grave peccatum non esse? Sed, inquis, omnis calumnia injusta est. Hoc si probasses, Wilhelme, citra illam locorum farraginem: non Jesuitas quidem, qui tecum in hac re sentiunt, sed Dicastrillum & alios qui cum illo sentiunt, non parum perculisses. At demus, crimen occultum tibi ab aliquo exprobari, & te contra juris ordinem coram Iudice accusari: quid in his angustiis faceres? an crimen ultro fateri statueres? haud crediderim. Quoniam enim pacto occulta fateri velles, qui publica, quorum saepe convictus fuisti, fateri reculas? taceres, exemplo Christi, qui taceret, consentire videretur. Præterea si tacere nequis, cum jam causa cecidisset: quomodo taceres, cum illa defendenda esset? negares forte? diceres igitur, falsam esse accusationem: igitur & falsum accusatorem. Vides, quod tandem te reduxerim.

Videndum restat, quomodo raticunculam, non Jesuitarum, sed Thomistarum potius, quorum sententiam Dicastrillus suo calculo donavit, impugnes. Quisquis, inquit, injuste famam alterius ledit, iuste defensionis eidem jus cedat, necesse est: iusta vero defensio est, quæ medium illud adhibetur, quod ad repellendam

injuriam necessarium est. Supponunt autem, ad repellendam infamiam, gravem scilicet, immo ad evadendam mortem, cuius crimen impositum reum facit, esse aliud medium, præter illud, quo in accusatorem calumnia retorquetur. Demus ex hypothesi, mendacium peccatum non esse, licet revera peccatum sit. Insuper dubie, accusatus, calumniam, iuste defensionis iure, re retorquetur. Igitur retorquere calumniam, idcirco vitæ meam attentans, iniuste scilicet, & per vim, & contra iustitiam, jus non habet in propriam vitam, quæ meam illam impetam, si meam aliter salvare nequeo; ita vitam meam attentat, in famam suam jus non habet, quæ minus, si necesse sit, nec aliter indeminis esse potest, eandem famam aggrediar: vel simplici mendacio, calumnia est; vel insonti accusatione, si crimen impositum est verum. Hæc est Dicastrilli & suffragantium ratio: quam tamen non ideo expoli, ut illam Bannez opinionem defendam; sed ut constet, quid triplex respondeas. Hoc igitur jam videndum.

Nihil prorsus reponis, quod ad rem conferat. Dicis enim, iniquum accusatorem apud Deum innocentem esse retortæ calumnie. Quid tum? nemo negat mendacium esse, ac proinde peccatum. Sed quæstio iniquo accusatori inferatur, probare debuit. Minime probas. Non est iustum, inquis, ut apud homines amittat, quod apud Deum non amittit. Sed apud Deum, iustum est, ut iniquam accusationem diluam: eodem specto. Sic vim vi iniuste illatam repellere potest: rem iniusti aggressoris, vel vitæ, vel famæ aliquid non patitur, omnino per accidens est. At iniustum est, inquis, omne iudicium quod veritati non consentit: eadem sit iustitia, quæ veritas. Sæpe ac lapsus te de hoc monui, V Wilhelme: rem istam non capis. Quia enim nescis, quantumvis tyro, non omne mendacium iniustum esse: quis nescit iustitiam à veritate distingui? Sic Christum Dominum à Iuda proditum, à Iudeis crucifixum fuisse, veritati confessorum est, quamvis à Iustitia alienum. Veritas igitur à iustitia discrepat: quod nemo nescit, nisi pertinax & ignarus insensilla. Neque hic scelere scelus ulciscimur. Nempe vindicta non hæc, sed iustæ defensionis iure, simplici mendacio calumniam, vel crimen, contra juris ordinem, assidue repellimus. Neque perinde est, ac si quis adulterium altero vindicaret: quia adulterium omne, peccatum mortale est: ut & ipsa fornicatio: præterquam quod adulterium ad iustam defensionem nihil pertinet: confert.

Quod vero doctrinam illam Dicastrilli Facultas Levanicensis damnarit; mirum mihi non accidit. Veritate ne illasrem Academiæ: sed illius censoras, à factione, non ab æquitatis studio profectas, plurimi flocci habent. Quid Balus, quid Iansenius, quid Fromondus in ea valuerint, non est profecto quod dicam. Si quid in doctrinâ mortum & Fidei adversus Iesuitas habent, ad S. Sedem deferant: cuius duroraxat, extra Concilium Generale, iudicio stamus. Quod demum illam doctrinam Dicastrilli erronem in Fide & hæreticam appelles: tuam ignoraoriam prodit. (b) Nec propterea longus Cantoris locus adducendus fuit: nec is, qui subnektis, Doctoris Angelici textus describendus. Quia enim neget, hæresim esse, si quis dicat v. g. mendacium peccatum non esse: aut votum, seu iuramentum nullum afferre obligationem: quia, scilicet, hoc constat. Accidere ad defensionem vitæ, facultatum, honoris, cum moderamine inculpatæ tutele, si aliter fieri nequeat, infamare ad defensionem iustam propriæ famæ, aut etiam vitæ, si aliter vita aut fama servari non possit,

(a) Pag. 409.

(a) Pag. 409. (b) Pag. 411.

condem certum est, grave malum esse. Ac pro-
prie, si quis hocipsum licere adstruat; non tam
manifesto hæreticus censendus est. Hæreticos ta-
men, Willem, quisquis erroneos ab Ec-
clesiâ damnatos obstinatè defendit: in Jansenistâ
sententiâ, cum maximo totius Ecclesiæ scandalo,
procedendum.

Theologiæ, non hospitem in hac sacrâ facultate? Suarem, Valquem, Molinam, Lessium, Ruiz, Bellarminum, de Lugo, aliosque innumeros, qui de re Theologicâ, multâ cum laude scripserunt. Theologos non fuisse? Veram Theologiam intelligi, inquires. Scilicet, Jansenianam, & Calvinianam. Sed hanc quodque Jesuita probè calluerunt, non quidem scientiâ approbationis, ut vocant, sed ut illam strenuè refutarent. Quod reverâ multi, Annatus scilicet, Martinon, Stephanus Deschamps, Ripaldâ, aliiq; egregiè præstiterunt.

Arguis deinde Apologistam; eò quòd dixerit, injulè ac præter juri ordinem accuratum, admisi criminis, id palam negare posse; ac proinde accusatorem inelladacii arguere. Quid verò hic reprehendas, revera non video. An injulè in insulatum teneri dices, ad publicam oculi criminis confessionem? Quo jure? quale atque ali neget, fateri censetur; & si neget, perinde est atque si injustum accusatorem mendacii & calumniæ arguat. Quod dicis, summa cum fide describam Jesuitarum à Montaltio representatam, nec illum Jesuitam tam stultum esse, ut hoc non intelligat; explosione ac libilis; non responsione, sed refutatione dignum est. Quoties ille falsitatis convictus est ab utroque Apologita; & Annato? qua fronte hæc scribis Wendrocki; plusquam meretricia. Quæ hie; plusquam Infamenia: Sed agnoscit, inquit, recentior Apologita, ita sentire Casuisti & Jesuitas; quemadmodum ipsos sentire Montaltius scriberet. Insignis nebula & psychopanta, quasi verò plusquam centiesidem Apologita de imposturis vestris questus non fuerit, dumque defendit à Jesuitis asserta, etiam à vobis afficta & depravatam non refutarit. Si mendacium & calumnia, quibus Jesuitas prosequuti estis, justæ defensionis arma iis hæctenus suppeditarunt. Quo eventu omnes sciunt. Doctrina libri damnata est: libri vestri confixi. Nec vos Societas læcessivit, nisi propter errores vestros: non quòd elatior hoc sæculo essetis, sed quòd tunc crimine tacerè non potuerit, dum Infamenias hæreses serpente videret. Nec adeo imipavidus estis, quin fulminis afflatum, vestraque runas senseritis. Quid nihil ab hominibus speretis; dæ non possum. Quàm multos enim prelatos in cautos licet; quorum patrociniis tecti & fulti, Infensum propagare atrofitudino & curâ studentis: Nihil etiam ab hominibus vos metuere dicitis. In hoc non laudo: eum Vicarium Christi Romanum Pontificem, & Christianissimum Regem vobis timere debeatis. Pontificias Bullas contra vos editas; & in Senatu Parisiensi solenniter receptas, hoc modo eludi posse creditis: sed ludum vestrum nemo non videt. Nec est, quòd dicatis, fore, ut gratia posteritas fateatur, Christianum orbem vobis devinctum esse, pro Litteris illis vestris, contra Jesuitas publicatis. Immo damnabit posteritas fatras illas, mille fecantes erroribus; quas Romanus Pontifex, pleno censu, jure damnavit; & Senatus Regius Aquis Sextiis famosas, calumniæ reas; & bono publico perniciosas declaravit, manuque tortotis

dixit:

(.)

NOTA

(a) Pag. 412. (b) Pag. 143.

NOTA II.

Exempla calumnie Iesuiticæ.

Hichabemus titulum sine re, (a) umbram sine corpore, frontem magnificam sine reliqua æde. Quis hujus tituli aspectu, non expectaret homicidia, adulteria, furta, sacrilegia, horrenda quæpiam, à Jesuitis, vobis per scelus & calumniam afficta? en quod res reducitur. Theologiæ Moralis auctor, id est, sincerus ille Molinæi discipulus & imitator, Baunio affinxerat erroneam illam sententiam; quod liceret propter aliquod bonum temporale, ut vocant, vel spirituale, proximæ occasione peccandi sese ultro exponere; scilicet indiscriminatim: nec enim unam occasionem ab aliâ, unum bonum ab alio ullatenus distinguit. Pater Causinus negat hoc scriptum unquam à Baunio fuisse; ut reverâ nunquam hoc scripsit; sed contrarium docuit tract. de pœnit. q. 14. E quidem Basiliius Poncius, celebris & eruditus auctor, in appendice docuit, aliquem licitè posse sese exponere proximæ occasione peccandi, quamvis te infirmum & fragilem essetentat; non quidem temerè & propter quemlibet finem; sed in quibusdam casibus raro contingentibus, in quibus agitur de salute Reip. & Religionis bono. Pro hac sententia, 15. auctores adducit, eamque fusè & doctè suo more probare nititur. Secus tamen Jesuitæ ferè omnes sentiunt: at Baunius Poncio subscripsit. En tibi luculentum Jesuiticæ calumniæ exemplum. Jesuitis à vobis imposta fuerat erronea sententia; quasi temerè liceret, propter quodlibet bonum, quamlibet occasione peccandi captare. Causinus negat, à Baunio errorem illum doceri, qui opinionem Basilii Poncii sequitur. Hæc autem ab errore illo penitus discrepat. Quemadmodum erraret, qui quis generatim diceret, homicidium licitum esse; secus ille, qui assereret homicidium ad justam vitæ defensionem licere. Calumnia igitur Causini non fuit. Et verò innocensissimi & nitidissimi Patris memoriam vereri debueras. Sed hoc tibi cum hæreticis, familiaribus tuis, commune est, ut Sancta & Sanctos Viperino dente lacerare non cesses.

Præterea negavit Apologista, dixisse Baunium, occasione illam primò, & per se directè captari posse. Insuper hoc dixit Poncius, cui subscribit Baunius. (b) Sed, ô bone, subscribit quantum ad rem, non quantum ad modum, quem reverâ conceptis verbis excepit loco citato; idque non semel, quod tamen satis esset, sed ter quæ quaterque. Et hæc est, ut dicis, calumnia Jesuitica. Et hinc exclamas, declamas, impingis mendacia Causino, Pinterello, Apologistæ: projectam hujus audaciæ, impietatem, & perfrectam frontem declamatoricè exaggeras; quem tamen ut ignavum, tardum, ac timidum, huc usque traduxisti. Quid verò hic peccavit, aut parentes ejus? quia Ambrosii exemplo docuit, posse aliquem à Deo mortum, lupanar ingredi, ad subducendâ satanæ prædam: quia Juditta factum, post eundem Ambrosiū, adduxit; quæ se, ut adultero placeret, ornavit, non turpi amore, sed religione ducta. Hæc sunt illius crimina.

Hujusmodi, inquis, (c) occasiones non fuerunt illis proximæ. Ineptissime mortalium! quasi verò de re ipsâ in se considerata non agatur; aut Juditta ipsa Holoferni occasione proximam peccandi non obtulerit; & Ambrosius, aut solitarius alter, alicujus

scandali, aliis id spectantibus. Præterea Castitatis bonum, vel gratia non permittit, ut quis se in peccandi occasione ultro ingerat, quæ alis proximæ consentur. Immo longè majorem curam adhibentiam, quæ Castitatis amor & gratia, ut eas omnino fugiant nisi quando, inspirante Deo, de Reip. bono, aut tranquillitate Regni, aut animarum salute agitur. Quæ ergo tam infans declamatorum saluta agit. Quæ selme: præsertim cum Apologistæ rem hanc plangunt, & luculentissime explanassent. Quid aliud, quod, cavillari est? Et tamen hæc adducis in perpetuum Jesuiticæ calumniæ monumentum. Vah male doctum caput! calumnias tuas in sulcis salubris contum dumtaxat voluisti. Sed sal tuum infatuatum est. Et cum aliquin Christianæ virtutes abessent; humanam saltem prudentiam, quam in Villorum Paterfamilias laudavit, Lectortuus in te desiderasset. Sed in hanc quoque peccasti, & passim ubique turpissime cæcûts.

NOTA III.

Alia Calumnia Iesuiticæ.

AD Apologistæ te remitto pro conciliatione Pinterelli & Brisacerii. (a) Neuter ab altero disputat. Baunium uterque defendit; diversa quidem ratione, sed utraq; legitima. Tu vide sis Apologistæ quorum dictis in hanc rem nihil addendum potest. Præterea condono tibi tuum illud mentis impudentissime. Neque est, quod dicas, Jesuitas conquevisse esse, quod inde durius & inhumanius à Montalio habiti fuissent. Fallens mi homo, fallens. Hoc verbo Montaltius victoriam & triumphum Jelan cecinit. Is enim, cui alia probationis momenta deficiunt, ad proba verborumque convitia se convertit. Ne crede igitur, lixarum illam calonemque vocis, mentis impudentissime, valde ingratam Jesuitis accidisse. In eâ quidam Gallicam comitatem desiderant. Et hoc impudentissimam teneritudinē vocis eodemque mucronis genere Jesuitas iterum mandigis. Nec enim alius modus aptior est, in quo, ad refellenda, quæ centies & millies Jansenistis perfis & nefas Jesuitæ affixerunt. Quid porro illud est, errores, hæreses. Quis nescit Jansenianam doctrinam erroribus scatere? quis Catholicus hoc negat? nunquid illos Ecclesia non damnavit? Quid veroliud? de lege veteri, inquis, quæ peccato favet, de gratia sufficiente, quæ impedimento potius, quam subsidio est; de Ecclesiæ defectu, quæ scilicet erroris ad vitandum scandalum approbat; de contemptu Tridentini; de cædesui ipsius; de motu interiore loquendo. Tam immanes, tam stultæ, tam absurde, inquis, calumniæ non aliter refelli merentur. Hæc verobulo res absolvitur, mentis impudentissime. Sed Wilhelme, ad populum phalaras: quid quælo ex illis, quæ recensuisti, suâ probatione caruit? tabulis obfiguratis vobiscum actum, est. Non sunt calumniæ istarum errores vestri. Immo, quod pejus est, si hæc de solâ disputationem vocentur, fatentes reos habebimus: & tu ipse in tuis hisce notis, eisdem errores defendis, ut jam sæpè monui, & iterum infra moneto. Sed his verborum involuctis, & tritis apud maleverulas, quarum gratiam sollicitè captare soleris, & apud ignarum vulgus, vestra crimina defenditis.

Describis denique longum censum seu catalogum calumniarum recentioris Apologistæ. (b) Siptiman

(a) Pag. 414. (b) Pag. 415. (c) Pag. 416.

(a) Pag. 416. (b) Pag. 417. & 418.

piam, cui ab Hero persuasum fit, ut à Confessione, vel
audiendo Sacro ablineat; exempli gratià dictum es-
se constat; in exemplis autem non requiritur veri-
tas.

XI. Iude illos agi spiritu, in corrogandis opibus. De quo jam supra n. 6. Quid ni, ex operibus vestris vos judicemus?

XII. Multi conjiciunt, consilium vobis esse, abolenda Eu-
charistia & Pœnitentia. Hanc quidem, quia à Sacerdo-
te absolvente remitti peccata non vultis; quod sæpe
docuit Sancygitanus, ut constat ex actis: illam verò
per non usum & desuetudinem, quam inducere cœ-
pistis; ut habetur in actis, & patet experientiâ.

Reliquas, ut tu ipse vocas, calumnias, breviter perstringo. I. Lutheri exemplo in Sacerdotibus incontinentes invehuntur; id quæ fortè eodem fine. Criminetur ab uno disce omnes. II. apud Regium portum pauca Sacra fiunt. Hoc faciunt omnes. III. Mira est Iansenistarum industria & calliditas, ad colligendas pecunias. Quàm multis exemplis hoc probari posset? quid in hac parte vester Du Hamel præstiterit, satis compertum est. IV. à Iansenistis irriduntur vota. Constat exiisdem actis, & ex lib. de Sancta Virginitate. V. Theodorus Beza amicus vester dicitur. Quis enim negat, Iansenianas hæretes ad Calvinianas proximè accedere? sunt quæ Iansenistas, Calvi-

In Epist. decimam sextam,

NOTA I.

Calumniæ Iesuiticæ de Eucharistia.

Quantas Tragædias in hoc proscenio excitas,
ut Arnaldum, Sancygiranium, Regio-portuen-
ses

Aaa

les